I

Nonne ecce omnes isti qui locũ
tur galylei sunt? Parthi et medi
et elamithe. et qui habitant me
sopotamiam. iudeam et capado
ciam. pontum et asyam. phrigiã
et panphiliam. egyptũ et partes
lybie. que est circa cyrenen: et ad
uene romani. Judei q3 et proseliti:
cretes et arabes. Audiuimus eos
loquentes nr̃is linguis: magna
lia dei.
Alleluia.

Emitte spiritum tuum et crea
buntur et renoua
bis faciem terre.
Alleluia.

Spiritus sanctus procedens a thro
no apostolorum pectora inuisi
bili hodie perlustrauit po
tentia. Sed

Jll. Dixit ihc disc. s. iohannem
Si quis diligit me: sermonem
meum seruabit. Et pater meus
diliget eum: et ad eum ueniemus

et mansionem apud eũ faciemus.
Qui non diligit me: sermones
meos non seruat. Et sermonem
quem audistis non ē meus: sed
eius qui misit me patris. Hec lo
cutus sum uobis: apud uos ma
nens. Paraclytus autem sps scs quem
mittet pater in nomine meo: il
le uos docebit omnia et suggeret
uobis omnia quecumq3 dixero
uobis. Pacem relinquo uobis: pa
cem meam do uobis. Non quomodo
mundus dat: ego do uobis. Non
turbetur cor uestrum: neq3 formi
det. Audistis quia ego dixi uobis:
uado et uenio ad uos. Si dilige
retis me gauderetis utiq3 quia
ad patrem uado: quia pater maior
me est. Et nunc dixi uobis prius
quam fiat: ut cum factum fuerit
credatis. Jam non multa loquar
uobiscum. Venit enim princeps
mundi huius: et in me non ha
bet quicquam. Sz ut cognoscat mundus
quia ego diligo patrem: et sicut
mandatum dedit m̃ pater: sic facio.

Confirma hoc deus quod operatus es in no bis a templo tuo quod est in iheru salem tibi of ferent

Anno dñi m° ccc° Decimo In crastino bti Thome apli. Consecratum est altare summum in hospitali de valkenborch. In honore sancte Crucis. et bte Marie virginis. et eodem die consecratũ est primũ Cymiterium ipsius hospitalis. Dedicatio ipsius Altaris est singulis annis in octauis pentecostes. Indulgencie sunt Centum et viginti dies omnibus confessis et contritis.

... domini in secula ...

Munera domine quesumus oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum ... unitate eiusdem. Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos: sedens que [illegible]

Communicantes et diem sacratissimum pentecostes. [illegible]

Hanc igitur oblationem ser[illegible]

Ultimo festivitatis die dicebat ihesus: qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. alleluia. ac vita. ac vita.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per. ... eiusdem.

Spiritus domini replevit orbem terrarum. alleluia. et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. alleluia ... ac vita. ac vita. Exurgat [illegible]

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere. et de eius semper consolatione gaudere. Per ... unitate eiusdem. [illegible]

In diebus illis: Dum complerentur dies pentecostes: erant omnes apostoli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis: et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis: sedit que supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis. prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in iherusalem habitantes iudei. viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est. quoniam audiebant unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et mirabantur ad invicem dicentes [illegible]